



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Decas VIII. De subjectione Regularium habitantium extra monasterium,
studentium in Academiis, vagantium, delinquentium, ejectorum,
fugitivorum, & Apostatarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

plerumque saltem, conceptæ sunt; & in
casu necessitatis, quo verifimiliter nul-
lum aliud defensionis remedium super-
est, suffocantur à superiore jure naturæ.

DECAS VIII.

*De subjectione Regularium habitan-
tium extra monasterium, studentium in
Academiis, vagantium, delinquentis-
um, ejectorum, fugitivorum & A-
postatarum.*

CAPUT I.

**Discrimen inter Religiosos si-
mul, & figillatim habitantes.**

- § 1. *De Religionibus militaribus ordinum
Teutonicæ ac Hierosolymitanæ.*
§ 2. *Reductio privilegiorum his ordinibus
concessorum ad terminos S. Con. Tridentinæ.*

§ 1. **Q**Uæ de subjectione Regulari-
um extra monasterium degen-
tium infra dicenda sunt, de iis solum in-
telligi

R 3

telligi debent, qui secundum Regulam
 simul habitare consueverunt; non ita
 de Religiosis militarium ordinum Te-
 tonici ac Melitensis, quorum exemptio
 cillimè tota corrueret, cum ferè omnes
 sigillatim extra monasterium commo-
 rentur: unico duntaxat casu notori-
 lecti excepto, super quo si à superiore
 bus per Episcopum monitis correcti
 non fuerint, illico subintrat dispositio
 S. Tridentini Concilii, vi cuius puni-
 possunt ab Episcopo, ut S. Congregatio
 rebus Regularium præposita sæpius de-
 claravit.

352. Ne verò dispendiosa foret liber-
 tas nimis amplè ad plures protensa, Gre-
 gorius XIII. Constit. *Circumspecta*
omnibus. 25. Novembris 1580. privi-
 legia militiæ Hierosolymitanæ quorundam
 pellanos, Vicarios, Procuratores, Ca-
 lonos, Familiares servientes, ceteras
 que personas militibus quomodocumque
 que addictas, reduxit ad terminos S.
 Tridentini, iis duntaxat exceptis, quæ
 Ecclæ.

*Ecclesiis, aliisque locis dictorum militum
actum serviunt, & intra eorum septa, &
domos resident, ac sub eorum obedientia
vivunt: qua omnia aebere simul concur-
rere intelligantur: & iis, qui legitimè
ac secundum Regulam predicta Re-
ligionis professionem fecerint, de qua
loci ordinario constare debeat. Quan-
quam & hi etiam tum quoad Ecclesias
ipsorum, quibus cura animarum incum-
bit; tum quoad personas eam exercen-
tes, in rebus ad dictam curam pertinen-
tibus, ordinariorum potestati ac visita-
tioni subiecti sint, ut B. Pius V. Constit.
Exposcit, 22. Septembris. 1571, resolvit.
Qui plura de Illustrissimo ordine Teu-
tonico scire cupit, consulat Eximium
Doct. Venatorem in seinem historis-
chen Bericht vom Mariamisch-
Teutschen Ritter-Or-
den.*

CAPUT II,

De Regularibus studentibus
Universitate.353. Constitutio FRIDERICI Imp. de
scholarium.354. Dispositio S. C. Tridentini de Regularibus
studentibus in universitate.

353. **A**then. Habita. C. Ne filii
Patre, laudatissime memorati
FRIDERICUS Imp. in favorem
dentium clementissime indulget, ut
ob controversias iis ab aliis motas
tam Magistro suo, vel loci Episcopo
tantum conveniantur. Quod cum
die pro diversitate privilegiorum &
versitatum diversimodè obtineat
Regularibus extra conventum in
versitate quadam publicè studentibus
videndum est, si quando deliquerint
eiusnam iudicio ac districtiori
ciantur?

354. Solutio de ses. 25. de Regularibus
facta.

sumenda est: Prohibet S. Synodus, ne quis Regularis, sine sui Superioris licentia, predicationis, vel lectionis, aut eius usque pii operis pretextu, subiciat se obsequio alicuius Prælati, Principis, vel universitatis, vel communitatis, aut alterius cuiuscunque persona, seu loci, neque ei aliquod privilegium, aut facultas ab aliis super iis obtenta suffragetur. Quod si contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat Regularibus à suis conventibus recedere, etiam pretextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab ordinariis locorum tanquam desertor sui Instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum causâ ad universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitent, alioquin ab ordinariis contra eos procedatur.

R s

CAPIT

CAPUT III.

De Religiosis vagantibus sub
verso praxtextu.

355. *Vagantes dicti Sarabaita, Scoti &c. de
deproventibus Episcopatus cuiusdam
bernici.*

356. *Regulares sine scripto superiorum
mandato in viis comprehensi, puniendi
ordinariis locorum, ut desertores.*

357. *Discrimen inter forum internum &
externum.*

355. **M**onachi vagantes ita jam
runt, ut peregrino nomine Sarabaita
Sarabatti dicti fuerint, ne vel in lingua
haberent cum viris honoratioribus
incolis quicquam commune: quod
am ad Episcopos vagantes in Concilio
Cabillonensi c. 43. & aliis, alia ratio
forsan de causa, perductum fuit, ut
sim Scoti appellarentur voce Latina
gnotâ, vel quòd, Scotica gentis
star, crebris itinerationibus essent

sueti, de qua in Archiepiscoporum Bre-
mensium Chronico legitur, quod in Con-
cilio Lateranico consecrati fuerint à Papa
duo Episcopi Anglisi, & duo Scoti: unus
solummodo venerat; alter pedes. Erat ibi
etiam Hibernicus, qui Henrico schola-
stico retulit se non habere alios redditus,
prater tres vaccas Lactantes, quas in de-
fectu lactis parochiani sui per alias inno-
vabant &c. vel à græco *σκότι*, quod
significat *vagum, fugitivum, incer-
tum.*

Nunc ad rem nostram: ut periculosa
Religiosis evagandi materia sub variis
prætextibus subtrahatur, securi ad plau-
sibilem, qui est *accessus ad Superio-
res*, positâ, S. C. Tridentinum saluber-
rimè statuit *cit. ses. 25. de Regul. c. 4.* Re-
gulares à suis Conventibus, sinè manda-
to superiorum in scriptis obtento, re-
cedentes, *etiam prætextu ad superiores
suos accedendi*, puniendos esse ab ordi-
nariis locorum tanquam Instituti sui de-
sertores.

357. Ubi aduerto, cum *Prætextu*
 eundem DD. ad L. *Illicitas*. 6. §. *Illic*
da. 3. ff. *de offic. Præsidis*. Sic colorat
 cuius rei, quæ non est, Navarrum, Ro-
 driquez, Coriolanum, Azor, Tambu-
 rinum, Dianam, Laurentium de Pe-
 nis &c. afferere, Conciliare Decretum
 intelligi tantum de illo, qui superiorum
 sub prætextu causæ falsæ, & absque
 vi necessitate accederet: adeo ut Religio-
 sus ob veritatem illati vel inferendi
 justæ gravaminis, inconsulto Superiori
 suo, utpote vix præbituro licentiam
 arma adversus seipsum, à Conventu
 animo quærendi, apud altiorem, libe-
 rationem à suo gravamine, discedere
 non incurrat apostasiam. Quod in foro
 interno extra dubietatem positum est
 cum habeat vim appellationis ipso facto
 interpositæ. At in exteriori foro, quæ-
 cumque Religiosus, invito vel inconsulto
 superiori suo, à Conventu, ob gra-
 vamen non publicè notum, vel talis
 quod verosimiliter non ordinem

que
 disc
 niri
 dice
 que
 duri
 diva
 De
 358.
 lin
 359.
 fr
 liq
 360.
 pre
 in
 ca
 m
 361.
 gin
 368.

querendi viam adimeret, clam vel palam
 discedens, ut desertor Instituti sui, pu-
 niri solet ac debet, cum Ecclesia non ju-
 dicet de occultis; & præstet unum ali-
 quem, licet materialiter innocentem,
 durius haberi; quam pluribus scandalis,
 divagationibus &c. viam laxari.

CAPUT IV.

De Regularibus delinquenti-
 bus extra claustra.

358. Religiosus exemptus intra claustrum de-
 linquens puniendus à suo superiore
359. Quomodo puniendus Religiosus in Clau-
 stro degens, qui notorie extra claustrum de-
 liquit.
360. Regularis extra claustrum in delicto com-
 prehensus usque ad captam informationem
 in Episcopali carcere detineri potest; eaque
 captâ mox ad superiorem suum debet re-
 mitti.
361. Regulares extra Monasterium & gran-
 gias habitantes subsunt Episcopi localis visi-
 tationi ac correctioni.
358. **C**ertum est, punitionem Regu-
 lari-

larium exemptorum intra Conventum suorum claustra delinquentium pertinere ad superiorem Monasterii prout c. *volentes. 1. de privil. in 6. quibus* Ordinarius regulariter se ingerere possit, qui si quod grave facinus intra claustra impune commissum advertebat, optimè faciet, S. Congregationem nobis Regularium præpositam opportunè commonendo.

359. At si Religiosus extra claustra deliquerit, quæstio esse potest vel de quo qui degit in Claustro; vel qui extra claustrum moratur: quantum ad l. S. C. Tit. *ses. 25. de Regul. c. 14. Regularem* subditum Episcopo, qui intra claustra Monasterii degit, & extra ea (etiam in Ecclesia propria, reſeratis Ecclesiæ publicis) ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit: Episcopo instante, à Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniendum, & Episcopum de punitione certiorandum: sin minus, à majore Superiore

hanc officio privandum : & delinquentem ab Episcopo puniendum esse declaravit.

360. Poterunt proinde Regulares in delicto deprehensi capi, ac tamdiu detineri in Episcopi Carcere, donec Episcopus ceperit informationes, in casum, quo punitio ob Superioris claustralis defectum ad Ipsum spectaverit, ne, si delinquens absque præhabitis necessariis informationibus ad Conventum remittatur, clandestinis machinationibus delinquentis vel aliorum, informationis possibilitas, destruat. Dummodo informatio super delicto sinè morà sumatur: in quo sensu declaravit S. Congregatio Concilii in una *Panormitana* 7. *Januarii* 1578. remittendum esse *statim* delinquentem, etiam nemine instante, ad Superiorem suum Regularem: ubi *statim*, cum referatur ad actum executivum, moraliter, non physicè accipi debet. Post habitam informationem si de casibus exceptis non agatur, in quibus

bus ipsemet Episcopus jurisdictionem
 habet, illico remittendus est ab Episcopo
 do Regularis delinquens, cum copio
 processûs, ad Superiorem suum per
 teras, ut vocant, monitorias seu requi
 storias coram duobus testibus præse
 tandas monendum, ut intra certum te
 minum ab Episcopo præfixum ad puni
 tionem delinquentis procedat, & de
 qualitate ac executione sententiæ Ep
 scopum faciat certiore. Quod si vult
 localis Superior ipse modo præfato de
 querit, suadet Joannes Baptista Clau
 nus, statim scribendum esse Provinciali
 narrando ei factum, & eum require
 do, ut significet, cui velit consignatio
 nem fieri: Reo interim, nomine
 Provincialis, in Episcopali carcere de
 tento: at si P. Provincialis sit præse
 captis citra moram informationum
 necessariis, remissionem illius statim
 esse faciendam: cum hæc enim facien
 da sit ad Superiorem, qui respectu loci
 lis est Superior Provincialis, ad hunc
 utiq

atque recurrendum est, ne Reus in incertum dimissus poenam omnem declinet,

361. Quantum ad II. cum verba S. C. Tridentini *sess. 25. de Regul. c. 14* de Regularibus extra monasteria sine licentia superiorum suorum repertis concepta sint: bene notandum est, Regulares extra monasterium & grangias seu loca Monasteriis annexa de superiorum suorum licentia materialiter & quoad habitationem degentes, si deliquerint per S. C. Trid. *sess. 6. de refor. c. 3.* ab Ordinario loci secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi posse, ita ut fictio Juris, per quam in monasterio remanere contentur, ad aliud non proficiat, quam ad Jurium participationem &c. quamvis etiam locus, in quo Regularis degit, ad erectionem monasterii destinatus sit: nisi plures ibidem simul sub Superiore Conventualiter vivant juxta institutum Regulæ illius Religio-

nis,

nis, ut S. Congregatio apud Galliam
tium ad cit. ses. 6. resolvit.

CAPUT V.

**Novitius post delictum ingre-
sus Religionem, an ab Episcopo
sit puniendus?**

- 362. *Constitutiones Sixti V. de delictis No-*
tiorum ante Religionis ingressum commi-
- 363. *Novitium post accusationem vel inq-*
uisionem contra se susceptam ingressu Re-
ligionem manet sub priore foro.

362. **N**ovitii, ut omnibus notum
non tantum Canonis ac
sed Religiosorum quoque privilegia
gaudent, adeo ut, quod de Religiosis
exemptis dispositum est, ad ipsos etiam
Novitios, quantum ad privilegia, per-
tendatur. Dubium esse potest de delictis
etis ante Religionis ingressum commi-
sis, stante potissimum Sixti V. consti-
tutione *Cum de omnibus*. irritante recep-
tiones, & professiones criminolosorum

debitorum, & publicis latrociniiis obnoxiorum; & dante facultatem quibuscunque Judicibus, Curiiis etiam sæcularibus, si nimirum in sæculo tantum laici fuerint, contra eos tam criminaliter, quam civiliter procedendi: quod tamen in subsecuta Constit. *Ad Romanam spectat*, tunc solum obtinere declaravit, cum actis publicis constiterit, ipsos Judices & Curiam sæcularem, ante susceptionem habitus de ipso crimine adversus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse.

363. Quæ constitutio cum per Clementis VIII. Constit. *In suprema*, abrogata sit tantum, quatenus impediabat validam professionem, adhuc dicendum est, Novitium post accusationem vel inquisitionem contra se susceptam ingressum Religionem, manere sub prioris foro c. pen. *de foro competen. l. fin. ff. de re milit.* ita tamen ut puniri tantum possit in pecunia & bonis secundum ea, quæ tradunt Covarruyas & alii DD. de cri-

criminoso in fraudem sui Judicis adle-
ricatum evedto. At si ante ingreſſum
nec accusatus, nec inquisitio adversus
lum suscepta fuerit, gaudet privilegio
fori Regularis, nisi ante professionem
& poenam discedat.

CAPUT VI.

De Ejectis.

364. *Ejectiones particularium Religiosorum
quandoque utiles ac necessaria bene con-
muni.*

365. *Constitutio Gregorii IX. de requiritis
annuatim fugitivis & ejectis.*

366. *Verè incorrigibiles tantum post in-
rationem annuam ejici possunt: & post
ejectionem subsunt Episcopo loci.*

367. *Memorabilia quadam circa Religi-
orum ejectionem.*

368. *In quo consistat incorrigibilitas: &
agendum Expulso post ejectionem.*

364. **E**Jectio Religiosi è Monasterio
poena tam gravis est, ut S. Pater
dorus ipsemet dubitet, an etiam contra
hominem voragini vitiorum immo-

sum, ad eam procedi conveniat, ne forte,
 qui per diuturnam poenitentiam emen-
 dari poterat, dum projicitur, ore diaboli
 devoretur. Quia tamen bonum com-
 mune Religionis præferendum est par-
 ticulari, occurrente alterutrius amitten-
 di periculo, morbidum membrum pri-
 mi Cœnobitæ rescindendum existimâ-
 runt, ad evitandam totius Corporis in-
 fectionem, ad eò ut ipsosmet professos,
 quoties illis videbatur expedire, olim
 non rarò dimiserint.

365. Cùm autem nonnulli Religio-
 forum Antistites curam talium ejecto-
 rum omnino deponerent, eosque ad
 Monasterium reducere negligerent: ac
 sanguis eorum de Prælatorum manibus
 aliquando requirendus esset, utque se-
 curiores essent, si fortè per injuriam aut
 indiscretionem aliquos ejecissent, Gre-
 gorius IX. c. fin. *de Regular.* statuit,
 ut Abbates, Priores, aliive Superiores,
 Religionis suæ fugitivos, & ejectos obe-
 dire paratos sollicitè requirerent, & mo-
 naste-

nasteriis in locis competentibus man-
 ciparent; aut si absque gravi scandalo
 fieri non posset, in aliis Religio-
 nibus ejusdem ordinis, ad agendam
 pœnitentiam talibus vitæ necessitatibus
 ministrarent. Cujus Constitutio
 non nihil obliterari cepisset; ac plerumque
 que Religiones, ob nimiam expulsi-
 onem facilitatem ferè ad modum agendi
 statum id ex peculiari statuto usque ad
 timam professionem habentium re-
 ctæ fuissent: Urbanus VIII. 21. Septem-
 bris 1624. de Religiosis Apostatis ob-
 jectis Decretum edidit, quo, inno-
 centii IX. Constitutione, declarata
 eam in his quoque vindicare sibi locum
 qui justè, definitivè, ac servato Juris
 ordine, expulsi fuerunt: dummodo tamen
 in expulsis hujusmodi subsisteret
 emendationis, ex litteris salutaribus
 testimonialibus Ordinarii, ejusmodi
 scientiam in his litteris concedendis
 Congregatio seriò oneravit.

366. Ad cujus rei seriem luculentè
 per-
 ditos
 cili R
 te per
 nabre
 gotiu
 rator
 catog
 bano
 creta
 edita
 in pos
 timè p
 incor
 minio
 curra
 com
 sublat
 tution
 nis,
 tis &
 anni
 prob
 anno

perspiciendam: notandum est, post au-
ditos sapius à S. Congregatione Con-
cilii Religiosorum Superiores, median-
te personâ Procuratoris generalis Bar-
nabitarum, cui munus tractandi hoc ne-
gotium ab aliarum Religionum Procu-
ratoribus inunctum fuerat; communi-
catoque consilio eam fel. record. Ur-
bano VIII. de voluntate ejusdem De-
creta de Regularibus Apostatis & Ejectis,
edita, & inter cætera statutum fuisse, ut
in post- rum è Religionibus nullus legi-
time profusus ejici possit, nisi sit verè
incorrigibilis; verè autem incorrigibilis
minimè censeatur, nisi non solum con-
currant ea omnia, quæ ad hoc ex Juris
communis dispositione requiruntur,
sublatis hac in parte statutis, & consti-
tutionibus cujusque Religionis ac ordi-
nis, etiam à sede Apostolica approba-
tis & confirmatis: verum etiam unius
anni spatium in jejuniis & pœnitentiis
probetur in carceribus. Elapso autem
anno si nihilominus non resipuerit, sed
ani-

animo indurato in pervicacia sua peccata
 veraverit, ne contagione pestifera
 rimos perdat, tanquam pecus morbo
 ac putre membrum ejici tandem possit
 sed ab ipso meto Generali tantum de
 silio & assensu sex Patrum ex gravibus
 bus Religionis eligendis in singulis
 capitulis vel Congregationibus generatim
 bus; tumque non nisi instructo se
 dum eorum stylum & constitutionum
 Processu, ac plenè probatis causis
 pulsionis ad SS. Canonum præscripta
 Sic verò ejecti, quamdiu non redierint
 ad religionem, in habitu Clericali
 cedant, atque ordinarii loci jurisdictioni
 ni & obedientiæ subsint; proinde
 Generalis illico sententiam expul
 sionis eidem Ordinario notificare
 neatur.

367. Cæterùm eadem S. Congregatio
 Superiores Religiosorum
 monuit, ut memores Paternæ Charitatis
 & mansuetudinis, quam profitemur
 nihil intentatum relinquunt, ut lucrentur
 anima
 dum n
 viffim
 remedi
 statum
 Religio
 les con
 licam
 gredi
 tra Re
 suspen
 Ordina
 suspen
 di. A
 esse C
 præ n.
 368
 Regu
 ra rec
 quens
 victu
 illud
 ter pe
 carce

animas fratrum suorum ferè in profun-
 dum malorum delapsas, antequam gra-
 vissimum atque extremum expulsionis
 remedium experiantur. Prætereaque
 statuit, ut iidem superiores nemini ex
 Religiosis expulsis litteras testimonia-
 les concedant, illos ad Sedem Apосто-
 licam rejicientes, vel jubentes aliam in-
 gredi Religionem. Item ut ejecti ex-
 tra Religionem degentes sint perpetuò
 suspensi ab exercitio Ordinum, sublatâ
 Ordinariis locorum facultate dictam
 suspensionem relaxandi, aut moderan-
 di. Ac postremò censuit, innovandam
 esse Gregorii IX. Constitutionem su-
 præ n. 365 relatam.

368. Ad incorrigibilitatem, ob quam
 Regularis è Religione ejici valeat, plu-
 ra requiruntur. 1. ut delictum sit fre-
 quens & grave. 2. ut delinquens sit con-
 victus aut confessus. 3. quòd propter
 illud delictum ter saltem commissum
 ter pœnam subierit. 4. quòd post in-
 carcerationem integri anni, eo finito in

S

con-

contumacia perseverarit. His in
 tibus incorrigibilitas per sententiam
 claranda, & processus compilandus
 ex quo constet de incorrigibilitate
 verò postquam ad Expulsionis
 processum fuerit, Regularis ejectionis
 finit esse membrum Religionis
 modum vivendi claustralem; statim
 præsentare se debet Episcopo loci,
 ipsum in Superiorem recognoscere,
 deò ut non modo sine Eiusdem
 è Diocesi migrare non possit; sed
 jusdem potestate & directione,
 nente votorum substantialium
 se emendare, ac receptione ad Reli-
 gionem dignum reddere debeat, ut
 ab ordinario attestatione fundantem
 evidentem sinceræ conversionis,
 sionem suam ad monasterium,
 à Prælati non requisitus,
 procuret.

CAPUT VII.

Utrum etiam Religiosæ ejici
possint ob incorrigibilitatem?

369. *Resolutio Negativa.*

369. **Q**Uæ de incorrigibilibus è reli-
gione virorum ejectis fusiùs
dicta sunt: ea cum proportione etiam in
monialibus declaratis incorrigibilibus
locû habent de rigore Juris communis,
ita tamen, ut ob fragilitatem sexûs, &
formidandum in sæculo perversitatis
augmentum, omnibus rite perpenfis,
requirenda sit expressa facultas S. Pon-
tificis juxta declarationem S. Congrega-
tionis Regularium 27. *Maj*: 1603. apud
Gavantum in manuali relata, vix un-
quam obtinenda, nec practicanda sinè
scandalo populi, castitatis periculo,
graviq; Consanguineorû offensa, præ-
terquam quòdcum communibonomo-
nialium pugnare videatur. Ac proinde

S 2 mu-

mulieres ejusmodi incorrigibiles ma-
cipabuntur potius monasterii cen-
bus; si que fugitivæ aut expulsa-
centur, judicio Episcopi inter Con-
tas, seu Religiosas pœnitentes, ubi
um habitatio est, collocentur.

CAPUT VIII.

De fugitivis.

370. *Definitio, & triplex causa fugi-
rum.*

371. *In foro externo modicum est discrimen
inter Apostatas & fugitivos: ubi de Reli-
sis quaerantibus.*

370. **F**ugitivi à Religione dicuntur
qui sinè licentia Superiorum
loco sui Conventûs ad tempus, aut
revertendi discedunt arg. L. *Quod si
gitiuus. 17. ff. de adul. Edicto. de
plerumque triplici de causa, ut obli-
P. Donatus: nam aut à Prælato minime
fugiunt ad majorem obgravamen
stum; aut vano prætextu, id est, obli-*

volas causas; aut ut omni superioritati
Religiosæ se subducant: qua in re discre-
tione Judicis opus est, ut ad remedia de-
licto proportionata descendat.

371. Cùm autem Fugitivi & Apo-
statae differant solâ intentione, quæ sub
Judicis sensum directè non cadit, ut in
externo foro proinde modicum vel nul-
lum utrorumque pœnæ discrimen sit:
ideò, habitu licèt retento, excommu-
nicationem, ob defectum licentiæ; &
alias pœnas à Regula vel Constitutioni-
bus à S. Sede probatis lancitas incur-
runt; & ubicunque sinè scripta Super-
ioris licentia reperti fuerint, ab ordi-
nariis locorum in vincula detruduntur:
quod etiam in Religiosis sinè licentia ab
ipso Ordinario, vel Eiusdem Vica-
rio in spiritualibus generali subscripta
quæstuantibus, graves ob causas, rece-
ptum esse, ita ut incarcerari ab Episco-
pis possint, testantur Ger. *sis in pra-*
xi Archiepiscopali, Co. ner de jurisd.
ordin, in exemp, Barbola de off. Episc. &c.

CAPUT

CAPUT IX,
De Apostatis.

372. *Ratio formalis Apostasie à Religione.*

373. *Modus procedendi aduersus Apostatis.*

372. **R**atio formalis Apostasie à Religione consistit in discessu illa, cum animo non amplius cōvertendi: parumque refert, an habitus monachum non facit, & de accidentibus est, retentus, vel dimissus: nisi quòd abjectio habitus præsumptionem animi non redeundi adaugeat, inhabilitatem ad obtinenda quæ beneficia inducat.

373. Pro Apostatis nullæ stabili sunt certæ pœnæ in Jure communi: inde standum est Constitutionibus justitæ Religionis. Episcopus a tali loci statim, ac talem detexerit, eum in carcerem conjici faciet, & configurabit Superioribus Regularibus secundum statuta ordinis puniendum; qui

talem latere vel morari cognoverint, perquirere, & ad Religionem reducere tenentur, invocato ad eum capiendum ac deducendum (si opus fuerit) etiam brachio sæculari, quod omnino succurrere debet. *c. Administratores. 26. XXIII* q. 5. ita ut nemo talem fovere, vel abscondere valeat, nisi animo tantum eum ad frugem meliorem reducendi. Sicque Celitudo sua non dudum Romæ, detectâ Procuratori Generali Congregationis Cassinensis malitiâ cuiusdam gyrovagi impostoris, eundem carceribus mancipari publicè fecit: qui cum ex Urbe clam dilapsus in Germania rursus morari diceatur, & à Cassinensi Congregatione, juxta dicti P. Procuratoris assertum, præcisus sit, Abbatibus disciplinæ & Regulæ S. Benedicti amanti-
bus convenit, ut hac in parte munus suum observent.

CAPUT X.

De reductione & Castigatione
Apostatarum,

374. *Apostata cum paterna sollicitudine
reducendi.*

375. *Differentiter tractandi sunt, qui sponte
deunt, & qui reducuntur in vitam.*

376. *Carceres non sint nimis squalidi.*

377. *à Religiosis non est adversus suos excom-
municatum indirectè iudicium Sanguinis.*

374. **P**lena solatii sunt verba S. Basilii
episto. i. ad Monachum lapsu-
m si qua tibi salutis spes superest; si qua
vis memoria erga DEUM; si quod des-
iderium futurorum bonorum, si quis timor
pœnarum; respice, & ne cuncteris
venire. Ego enim susceptum mortuum
meum deplorabo, ego curabo, ego am-
flebo. Omnes te excipient, omnes tibi
condolebunt: ne diffidas; sis memor dia-
rum antiquorum, est salus; est correctio
confide, ne desperes; ne cuncteris; ac tibi
ipsum & omnium nostram miserere. *Ubi*

ne quis miretur tantam S. Basilii sollicitudinem, sciendum est, Prælatos ex Jure Divino teneri diligenter invigilare suorum salutem, atque juxta Christi exemplum, oves perditas in propriis etiam humeris ad caulam referre.

375. Justinianus Imperator quidem Nov. 6. Religionis Apostatas Præsidis provinciæ Cohorti primùm addixerat: tum verò Nov. 123. eos in monasterium prius revocari voluit, post alterum duntaxat lapsum, cohortalibus adscribendos. At Leo Nov. 8. expedire censuit, ut tales perquirentur, & in cœnobia detruderentur: quod etiam de Jure Canonico obtinet, factâ tamen distinctione inter eos, qui sponte redeunt; & alios per vim ad vitam Regularem retractos arg. L. Non omnes. §. prin. ff. de remissis. de primis gl. in c. à nobis. §. V. Respiciant. §. de Apostatis. legimus, Apostatas humiliter ad Religionem recipi petentes, leniter excipiendos esse, utpote quorum pravâ voluntate correctâ,

S. 5 pœna:

pœna tantum ad exemplum aliorum
 proficiat; non ad emendationem pec-
 cantis: ubi sine laude prætermittenda
 non est Paterna Clementis X. lenitas
 qui tempore Jubilei A. C. 1675. pro-
 missâ impunitate omnimodâ, turrim
 liberrimum ad desertas Religiones
 quibuslibet Apostatis aditum fecit.
 secundis, Patronum denuo habentibus
 eundem S. Basilium *epist.* 413. laudantes
 in S. Gregorio, quòd hic, cum aliter
 non potuisset, per vim ceperit Glyce-
 um Apostatam monachum unâ cum aliis
 hærentibus ei monialibus male con-
 titis. Utriusq; punitionis exemplum
 Celsitudinis suæ regimine accidit in
 na & eadem persona, quæ sicut à primo
 & spontaneo ad Nos reditu lenitate
 plusquam Paternam experta fuerat;
 deinde iteratò retracta à fuga, pharise-
 cum aliquantò amarus lumere debu-
 tale tamen quod reparare vires animæ
 potuit, non ad desperationem addu-
 cere.

376. Quamvis enim hi ob impœnitentiam, vel reluctationem, durius non nihil juxta particulares singulorum ordinum constitutiones tractandi sint, maximè si etiam à fide recesserint: malè tamen faciunt Superiores Regulares, homicidii que reatum non evadunt, si illos compingant in tam squalidos carceres, ut verisimiliter diu protrahere vitam non possint. Certè si monasteria ipsa, testibus Capitularibus ac Pœnitentiali Romano, olim delinquentium & degradatorum carceres; aut saltem carceribus, publicarumque pœnitentiarum rigori æquata fuêre: adeò ut publicè pœnitentes non raro sacco benedicto à sacerdote induti pœnitentiam in Claustris cum vita finiverint: qua de re videri potest antiqua Hispanorum forma A. C. 540. in Concilio Barcinonensi præscripta. At quis, obsecro, ultra tantos rigores, ac pœnàs sigillatim præfixas, in carceribus lenitatem exulare, nisi ab o-

nni humanitate penitus exul, peccat
piat? cū minor sit pœna statim mori
quàm diu sinè spe salutis affligi.

377. Non nego, Apostatas, in
ad monasterium reductos, segregandos
esse ab aliorum commercio, quia
vel perversiōis periculum, vel culpa
non dum expiatæ gravitas militat, &
cæteros pravâ societate, vel exemplo
perditionis inficiant: at non ita in
locandi sunt, ut viâ indirectâ ad
illos exerceatur iudicium sanguinis:
quæ secundum illud *Isaia. 30. v. 20.* quæ
arcto, & aquâ brevi, sive pane dolo
& aquâ angustia sustentandi putentur
pro enormi gravitate delicti, ut *Clemens*
III. c. Novimus. 27. in fin. X. de V. S. l. 1.
quitur: sustentandi sunt tamen; non
necandi, ut à præsumptionis suæ nequiti
tia resipiscentes, *commissa de fiant,*

& flenda ulterius non com-
mittant.